



Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

10. Tres formæ regiminis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

O Philomusa phalanx Triadem concentibus effer

Innumeris ; numeris , vocibus , atque modis.

(a) In musicā tam practicā quām theoricā ternarius numerus frequentissimē sua loca habet. Quomodo hoc ab ineffabili Trinitate , qua cuncta condidit , proveniat , ne ab eā musica recedat ; vide apud Ven. Bed. in Musicā quadratā seu mensuratā circa initium. Ubique etiam Musicorum & Cantorum distantiam allegat. Hi enim dicunt ; illi sciunt quae componit musica : Nam qui canit quod non sapit , dicitur bestia. Juxta versum : Bestia , non cantor , qui non canit arte , sed usū ; verum cantorem facit ars , sed non documentum Musica dicitur a Musis , que secundum fabulam dicuntur filiae Jovis. Hec & plura alia lectu grata Beda loc. cit.

S Y M B O L U M . 10.

Tres formæ regiminis.

Monarchia , Aristocracia , Democratia.

UNICUS aut princeps , aut nobilis ordo Virorum

Imperat , aut clavum turbida turba tenet.

Prima tenet primas , quæ proxima forma secundas ,

(a) Postremas pejus quæ moderamen habet.

Summa Gubernatrix totius , & Unica mundi ,

Cælicolūm Rectrix terrigenūmque Trias.

(a) *Juxta illud :*

Multorum Imperium multa est confusio semper ,

Multi sunt damno Domini. Rex unicus esto.

S Y M B O L U M . 11.

Tres personæ in Legitimo Judicio.

Actor , Iudex , Reus.

IUDICIO quovis personas aspice ternas ;

Accusatoris ; Judicis , atque rei.

Actor erit summæ , Genitor qui præsidet , arcii ,

Judex , qui Judæ judicium subiijt.

F. f. 2. multo agilius animo
spiritus